Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Erster und zweiter Thessalonicherbrief

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

non est masculus. neque femina. gentilis et iu
deus. circumcisio et preputium. barbarus et scitha.
servus et liber. sed omnia et in omnibus christus. Induite
ergo vos sicut electi dei. sancti et dilecti viscera misericordie.
benignitatem. humilitatem. modestiam. pacien
tiam. supportantes invicem. et donantes vobis
metipsis si quis adversus aliquem habet querelam. sicut et dominus
donavit vobis. ita et vos. Super omnia autem hec cari
tatem habete. quod est vinculum perfectionis. et pax christi exultet
in cordibus vestris. in qua vocati estis in uno cor
pore et grati estote. Verbum christi habitet in vobis
habundanter. in omni sapientia docentes. et commonentes
vos metipsos in psalmis et hymnis. et canticis
spiritualibus. in gratia cantantes in cordibus vestris domino.
omnia quecumque facitis in verbo aut in opere. omnia
in nomine domini ihesu christi. gratias agentes deo et patri per ip
sum. Mulieres subdite estote viris sicut oportet
in domino. Viri diligite uxores. et nolite amari esse
ad illas. Filii obedite parentibus per omnia.
hoc enim placitum est deo. Patres. nolite ad indigna
tionem provocare filios vestros ut non pusillo animo fi
ant. Servi obedite per omnia dominis carnalibus.
non ad oculum servientes. quasi hominibus placentes.
sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcumque
facitis ex animo operamini sicut domino. et non hominibus. scien
tes quod a domino recipietis retributionem hereditatis. Do
mino christo servite. Qui enim iniuriam facit. recipiet
id quod inique gessit. et non est personarum acceptio apud
deum. Domini quod iustum est et equum servis prestate.
scientes quoniam et vos dominum habetis in celis. IIII
Orationi instate. vigilantes in ea in gratiarum
actione. orantes simul et pro nobis. ut deus aperiat
nobis ostium sermonis. ad loquendum misterium christi. propter
quod etiam vinctus sum ut manifestem illud. ita ut
oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui
foris sunt. tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia
sale sit conditus. ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique
respondere. Que circa me sunt omnia vobis
faciet nota tichicus frater karissimus. et fidelis minister et
conservus in domino. quem misi ad vos ad hoc ipsum ut
cognoscat que circa vos sunt. et consoletur corda
vestra cum onesimo karissimo et fideli fratre qui est ex
vobis. qui omnia que hic aguntur nota facient
vobis. Salutat vos aristarchus concaptivus meus.
et marcus consobrinus barnabe. de quo accepistis
mandata si venerit ad vos excipite illum. et ihesus qui
dicitur iustus. qui sunt ex circumcisione. hii soli
sunt adiutores mei in regno dei qui michi fuerunt
solatio. Salutat vos epafras qui ex vobis est
servus christi semper sollicitus pro vobis in orationibus ut ste
tis perfecti et pleni in omni voluntate dei. Testimonium
enim illi perhibeo quod habet multum laborem pro vobis. et
pro hiis qui sunt laodicie. et qui ierapoli. Salu
tat vos lucas medicus karissimus. et demas. Saluta
te vos qui sunt laodicie. et nimpham et que in do
mo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola
facite ut et in laodicensium ecclesia legatur. et eam que
laodicensium est vos legatis. et dicite archippo.
Vide ministerium quod accepisti in domino ut illud impleas. Sa
lutatio mea manu pauli. Memores estote vin
culorum meorum. Gratia domini ihesu vobiscum. amen. Explicit. Argumentum
Thessalonicenses sunt macedones. Ad tessal
qui accepto verbo veritatis in christo ihesu perstiterunt
in fide etiam in persecutione civium suorum. preterea
nec receperunt que a falsis apostolis dicebantur. Incipit
tur. Hos collaudat apostolus scribens eis ab epistola
athenis per tichicum diaconem et onesimum acolitum. ad tes.

Paulus et silvanus et timotheus
ecclesie tessalonicensium in deo pa
tre et domino ihesu christo gratia vobis et pax.
Gratias agimus deo semper pro omnibus
vobis. memoriam vestri facientes
in orationibus nostris. sine intermis
sione memores operis fidei vestre. et laboris
et caritatis. et sustinentie spei domini nostri ihesu
christi. ante deum et patrem nostrum. Scientes fratres di
lecti a deo electionem vestram. quia evangelium nostrum
non fuit ad vos in sermone tantum sed et in virtute et spiritu
sancto. et in plenitudine multa sicut scitis quales
fuerimus vobiscum propter vos. et vos imitatores
nostri facti estis. et domini. excipientes verbum in tribu
latione multa. cum gaudio spiritus sancti. ita ut facti
sitis forma omnibus credentibus in macedonia.
et in achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini
non solum in macedonia et achaia. sed in omni loco fi
des vestra que est ad deum profecta est. ita ut non sit
nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis
annunciant qualem introitum habuerimus ad
vos. et quomodo conversi estis ad deum a simulacris
servire deo vivo et vero et expectare filium eius de celis
quem suscitavit ex mortuis dominum ihesum. qui eri
puit nos ab ira ventura. II
Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos. quia
non inanis fuit. sed ante passi multa et contumeliis
affecti sicut scitis in philippis. fiduciam habuimus
in deo nostro loqui ad vos evangelium dei in multa sollici
tudine. Exhortatio enim nostra non de errore neque de in
mundicia neque in dolo. sed sicut probati sumus a deo ut
crederetur nobis evangelium ita loquimur. non quasi homini
bus placentes sed deo qui probat corda nostra. neque ali

q~m fuimus in s~mone adulationis sic~ scitis.
neq~ in occasione auaricie d~s testis est. neq~ q~
rentes ab hominib~ gl~am. neq~ a uob~. neq~ ab ali
is. cum possem~ oneri e~e ut x~i ap~li. s~ f~c~i sum~
paruuli i~medio u~rm. tamqua~ si nutrix foue
at filios suos. ita desid~antes uos cupide uole
bam~ trad~e uobis no~ solu~ eu~m x~. s~ et~ a~ animas
n~ras. q~m k~mi nobis f~ci estis. Memores n~ estis
fr~es laboris n~ri ~ fatigat~onis. nocte ~ die opan
tes neque~ u~rm grauarem~ p~dicauim~ uobis
eu~m d~i. Vos testes estis ~ d~s. qua~ s~ce ~ iuste ~
sine q~rela uobis qui credidistis fuim~ sic~ scitis.
qualit~ unu~queq~ u~rm sic~ pater filios suos.
dep~cantes uos ~ c~solantes testificati sumus ut
ambularetis digne d~o qui uocauit uos in
suu~ regnu~ ~ gl~am. Id~o ~ nos gr~as agim~ d~o si~
intmissione. q~m cu~ accepissetis u~bu~ auditus
d~i accepistis n~ ut u~bu~ hominu~. s~ sic~ e~ uere u~
bu~ d~i. qui opat~ i uob~ qui credidistis. Vos n~ imi
tatores f~c~i estis fr~es eccl~iar~ d~i q~ sunt iudea
in x~ ih~u. q~ eadem passi estis ~ uos a c~tribulib~
u~ris sic~ ~ ip~i a iudeis. qui ~ ip~m d~nm ih~m
occider~t ~ p~phas. ~ nos p~secuti sunt. ~ d~o
n~ placent ~ o~ibus hominib~ adu~santur. p~hi
bentes nos gentib~ loqui ut salue fiant ut i~
pleant pc~ca sua semp~. Preuenit n~ ira d~i sup~
illos usq~ infine~. Nos au~ fr~es desolati a uobis
ad t~pc~ ore. aspectu n~ corde. habundantius
festinabim~ facie~ u~ram uid~e ~ m~lto desid~io.
Q~m quidem uoluim~ uenire ad uos ego quid~
paulus. ~ semel ~ it~m. s~ impediuit nos sathanas.
Que e~ n~ n~ra spes. aut gaudiu~. aut corona gl~e.
n~ne uos a~n d~nm n~rm ih~m estis in aduentu e~.
uos n~ estis gl~a n~ra ~ gaudiu~. **III**

Propt~ q~ non sustine~tes ampli~ placuit
nobis remanere athenis solis. ~ misimus
fr~m n~rm thimotheu~ ~ ministru~ d~i in eu~o
ad c~firmandos uos ~ exortandos p~ fide u~ra:
ut nemo moueat~ i~tribulat~onibus istis. Ip~i
n~ scitis. q~ in hoc positi sum~. Nam ~ nos cu~
aput uos essem~ p~dicabam~ uobis passuros
nos t~bulat~ones. sic~ ~ f~cm e~. ~ scitis. Propt~a
~ ego ampli~ n~ sustine~s misi ad uos ad cognos
cenda~ fidem u~ram. ne forte te~ptauit uos his
qui te~ptat. ~ ianis fiat labor n~r. Nunc au~ ue
niente timotheo ad nos a uobis. ~ annu~ciante
nobis fide~ ~ caritate~ u~ram. ~ q~ memoria~ n~ri ha
betis bona~ semp~. desid~antes nos uid~e. sic~ nos q~
uos. id~o c~solati sum~ fr~es in uobis i~ o~i necessita
te ~ tribulat~one n~ra p~ fide~ u~ram. q~m n~c uiui
mus si uos statis in d~no. Quam n~ gr~aru~ act~o
nem possum~ d~o retribu~e p~ uobis in o~mi gau
dio quo gaudem~ p~pt~ uos a~n d~nm n~rm. noc
te ac die habundanti~ orantes ut uideam~
facie~ u~ram ~ c~pleam~ ea que desunt fid~i u~re.
Ip~e au~ d~s ~ pater n~r ~ d~ns ih~s x~ dirigat ui
am n~ram ad uos. Vos au~ d~ns multiplicet
~ habundare faciat caritate~ i~uice~ ~ i~ o~is.
que~admod~ ~ nos in uobis. ad c~firmanda cor
da u~ra sine q~rela i~ s~cificat~one a~n d~m ~ patre~
n~rm. in aduentu d~ni n~ri ih~u x~ c~ o~ib~ s~cis. Am~.

De cet~o rogam~ uos fr~es ~ obsecram~ **IIII**
in d~no ih~u. ut q~admod~ accepistis a nobis.
quom~ oporteat uos ambulare ~ placer~ d~o. sic~
~ ambuletis. ut habundetis magis. Scitis n~ q~
p~cepta dedim~ uobis. p~ d~nm ih~m. Hec n~ uolu~
tas d~i s~cificat~o u~ra. ut abstineatis uos a fornica
tione. ut sciat unu~sq~ u~rm uas suu~ possid~e
in s~cificat~one ~ honore. n~ in passione desid~ij
sic~ ~ gentes q~ ignorant d~m. ~ ne quis sup~gre
diatur neq~ circu~ueniat in negot~o fr~m suu~.
q~m uindex e~ d~s de his o~ibus. sic~ p~diximus uob~
~ testificati sum~. Non n~ uocauit nos d~s in
i~mu~dicia~. s~ in s~cificat~one~. Itaq~ qui h~ sp~nit.
n~ homine~ sp~nit. s~ d~m. qui et~ a~ dedit sp~m
s~cm suu~ in nobis. De caritate au~ fr~nitatis n~ ne
cesse habem~ scrib~e uobis. ip~i n~ a d~o didicistis
ut diligatis i~uice~. ~ eni~ facitis illud i~ o~is fr~es.
i~ uniu~sa macedonia. Rogam~ au~ uos fr~es ut
habundetis magis. ~ opam detis ut quieti sitis.
~ ut u~rm negotiu~ agatis ~ opemini manibus
u~ris sic~ p~cepim~ uobis. ~ ut honeste ambuletis
ad eos qui foris sunt. ~ nulli~ aliq~d desid~etis.
Nolumus au~ uos ignorare fr~es de dormien
tibus ut n~ c~tristemini sic~ ~ ceti~ qui sp~e n~ h~nt.
Si n~ credim~ q~ ih~s mortuus e~ ~ resurrexit. ita ~
d~s eos qui dormier~t. p~ ih~m adducet cu~ eo.
Hoc n~ uobis dicim~ in u~bo d~ni. q~ nos q~ uiuim~
qui residui sum~ i~ aduentu d~ni n~ p~ueniemus
eos qui dormier~t. q~m ip~e d~ns i~ iussu ~ i~ uoce
archangli. ~ i~ tuba d~i descendet de celo. ~ mor
tui q~ i~ x~ sut resurgent p~mi. Deinde nos qui
uiuim~ qui relinquim~. simul rapiem~ c~ illis i~ nu
bibus obuia~ x~ i~ aera. ~ sic semp~ c~ d~no erim~.
Itaq~ c~solamini i~uice~ i~ u~bis istis. **V**

De t~porib~ au~ ~ mom~tis fr~es n~ i~digetis ut
scribam~ uobis. ip~i n~ diligent~ scitis. q~ dies
d~ni sic~ fur ita i~ nocte ueniet. Cum n~ dixerit
pax ~ securitas. t~c repentin~ sup~ueniet eis i~
teritus. sic~ dolor i~ utero h~ntis. ~ n~ effugient. Vos

autem fratres iam non estis in tenebris. ut vos illa
dies tamquam fur comprehendat. Omnes enim vos fi
lii lucis estis. et filii diei. non estis noctis neque tene
brarum. Igitur non dormiamus sicut ceteri. sed vigilemus et so
brii simus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt.
et qui ebrii sunt. nocte ebrii sunt. Nos autem qui
diei sumus sobrii simus induti loricam fidei et cari
tatis. et galeam spei salutis. quoniam non posuit nos
deus in iram. sed in adquisitionem salutis per dominum
nostrum ihesum christum. qui mortuus est pro nobis. ut sive
dormiamus. sive vigilemus. simul cum illo vivamus.
Propter quod consolamini invicem. et edificate alterutrum sicut
et facitis. Rogamus autem vos fratres ut noveritis eos. qui
inter vos laborant. et presunt vobis in domino. et monent
vos ut habeatis illos habundantius in caritate.
propter opus illorum. pacem habete cum illis. Rogamus autem
vos fratres. corripite inquietos. consolamini pusil
lanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad
omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui red
dat. sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes.
Semper gaudete. sine intermissione orate. in omnibus gratias
agite. hec est enim voluntas dei in omnibus vobis in christo ihesu.
Spiritum nolite extinguere. prophetias nolite spernere.
Omnia autem probate. quod bonum est tenete. ab omni specie
mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos
per omnia. ut integer spiritus vester. et anima et corpus
sine querela in adventum domini nostri ihesu christi servetur.
Fidelis deus est qui vocavit vos. qui etiam faciet. Fratres
orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiu
ro vos per dominum. ut legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus.
Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum. Amen. Incipit argumentum in

Scribit apostolus et novum eis facit de temporibus epistola secunda
novissimis et adversarii detectione. Scribit hanc ad t.
epistolam ab athenis per titicum diaconum et onesimum
acolitum. Incipit epistola secunda ad

Paulus et silvanus tessalonicenses
et timotheus ecclesie tessalonicensium
in deo patre nostro. et domino ihesu christo. gratia
vobis et pax a deo patre nostro et domino
ihesu christo. Gratias agere debemus deo semper
pro vobis fratres. ita ut dignum est. quoniam supercres
cit fides vestra. et habundat caritas uniuscuiusque
vestrum in invicem. ita ut et nos ipsi gloriemur in ecclesiis
dei pro patientia vestra et fide in omnibus persecutio
nibus et tribulationibus quas sustinetis in exem
plum iusti iudicii dei. ut digni habeamini in
regno dei. pro quo et patimini. si tamen iustum est
apud deum retribuere tribulationem his qui vos
tribulant. et vobis qui tribulamini requiem
nobiscum in revelatione domini ihesu de celo cum angelis
virtutis eius. in flamma ignis dantis vindic
tam his qui non noverunt deum. et qui non obediunt evan
gelio domini nostri ihesu christi. qui penas dabunt in interitu eternas
a facie domini et a gloria virtutis eius. cum venerit glo
rificari in sanctis suis. et admirabilis fieri in omnibus qui
crediderunt. quia creditum est testimonium nostrum super
vos in die illo. in quo etiam oramus semper pro vobis
ut dignetur vos vocatione sua deus noster. et impleat
omnem voluntatem bonitatis. et opus fidei in virtute.
ut clarificetur nomen domini nostri ihesu christi in vobis et vos
in illo secundum gratiam dei et domini nostri ihesu christi.

II

Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri ihesu christi.
et nostre congregationis in ipsum. ut non cito moveami
ni a vestro sensu. neque terreamini. neque per spiritum. neque
per sermonem. neque per epistolam tamquam per nos missam
quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo
modo. quoniam nisi venerit discessio primum et revelatus
fuerit homo peccati filius perditionis qui adversatur et
extollitur supra omne quod dicitur aut quod colitur deus. Ita ut in templo dei sedeat ostendens se tamquam sit deus.
Non retinetis quod cum adhuc essem vobiscum hec dice
bam vobis. et nunc quid detineat scitis. ut revele
tur in suo tempore. Nam misterium iam operatur iniquitatis.
tantum ut qui tenet nunc teneat. donec de medio
fiat. et tunc revelabitur ille iniquus quem dominus ihesus interficiet
spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui
eum cuius est adventus secundum operationem sathane in omni virtute
et signis. et prodigiis mendacibus. et in omni seductione
iniquitatis. his qui pereunt. eo quod caritatem verita
tis non receperunt. ut salvi fierent. Ideo mittet illis
deus operationem erroris ut credant mendacio. ut iudicen
tur omnes qui non crediderunt veritati. sed consenserunt ini
quitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis
fratres dilectissimi a deo. quod elegerit vos deus primitias in
salutem. in sanctificatione spiritus et fide veritatis. in qua et vo
cavit vos per evangelium nostrum in adquisitionem glorie domini nostri ihesu
christi. Itaque fratres state et tenete traditiones quas didi
cistis sive per sermonem. sive per epistolam nostram. Ipse autem
dominus noster ihesus christus. et deus pater qui dilexit nos. et dedit con
solationem eternam et spem bonam in gratia. exhortetur corda vestra
et confirmet in omni opere et sermone bono.

III

De cetero fratres orate pro nobis. ut sermo dei currat
et clarificetur sicut et apud vos. et liberemur ab impor
tunis et malis hominibus. non enim omnium est fides. Fidelis autem
deus est qui confirmabit vos et custodiet a malo. Con
fidimus autem de vobis in domino. quoniam que precipimus vobis et
facitis et facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in
caritate dei. et in patientia christi. Denuntiamus autem vobis
fratres in nomine domini nostri ihesu christi. ut subtrahatis vos ab
omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem
quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum

oporteat imitari nos. quoniam non inquieti fuimus
inter uos. neque panes gratis ab aliquo manducauimus.
sed in labore et fatigatione nocte ac die operantes.
ne quem uestrum grauaremus. non quasi non habuerimus
potestatem. sed ut nos metipsos formam daremus uobis
ad imitandum nos. Nam cum essemus apud uos.
hoc denunciabamus. quoniam si quis non uult operari non
manducet. Audiuimus enim inter uos quosdam
ambulare inquiete nichil operantes sed curio
se agentes. hiis autem qui huiusmodi sunt denunci
amus et obsecramus in domino ihesu christo. ut cum silen
tio operantes suum panem manducent. Vos autem fratres
nolite deficere benefacientes. Quod si quis non
obedierit uerbo nostro. per epistolam hunc notate. et
ne commisceamini cum illo ut confundatur. et noli
te quasi inimicum existimare. sed corripite ut fratrem.
Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni
loco. dominus cum omnibus uobis. Salutatio mea ma
nu pauli quod est signum in omni epistola ita scribo uobis.
Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus uobis. Amen.

Timotheum instruit **Incipit argumentum ad ti-**
et docet de ordinatione episcopatus et dyaconii
et omnis ecclesiastice discipline scribens ei a
nicopoli per titicum diaconum. **Incipit epistola ad timotheum I**

Paulus apostolus christi ihesu
secundum imperium dei saluatoris
nostri et christi ihesu spei nostre. timotheo
dilecto filio in fide. gratia misericordia et pax
a deo patre et christo ihesu domino nostro. Si
cut rogaui te ut remaneres
ephesi cum irem in macedoniam ut denuncia
res quibusdam ne aliter docerent neque inten
derent fabulis neque genealogiis intermina
tis. que questiones magis prestant quam
edificationem dei que est in fide. Finis autem precepti est
caritas de corde puro et conscientia bona et
fide non ficta. a quibus quidam aberran
tes conuersi sunt in uaniloquium. uolentes esse
legis doctores. non intelligentes neque que loquuntur.
neque de quibus affirmant. Scimus autem quia
bona est lex. si quis ea legitime utatur.
sciens hoc quia iusto non est lex posita. sed iniu
stis. et non subditis. impiis et peccatoribus. scelera
tis et contaminatis. patricidis. et matricidis.
homicidis. et fornicariis. masculorum concu
bitoribus. plagiariis. mendacibus. periuris. et si quid
aliud sane doctrine aduersatur que est secundum euangelium glorie
beati dei quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me con
fortauit domino nostro ihesu christo. quia fidelem me existi
mauit ponens in ministerio. Qui prius fui blasphe

mus et persecutor et contumeliosus. sed misericordiam
dei consecutus sum. quia ignorans feci in increduli
tate. Superhabundauit autem gratia domini nostri ihesu christi
cum fide et dilectione que est in christo ihesu. Fidelis sermo et
omni acceptione dignus. quia christus ihesus uenit in
hunc mundum peccatores saluos facere. quorum
primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum ut in me
primo ostenderet christus ihesus omnem pacientiam. ad infor
mationem eorum qui credituri sunt illi in uitam eternam.
Regi autem seculorum immortali inuisibili. soli deo
honor et gloria in secula seculorum amen. Hoc preceptum com
mendo tibi fili timothee. secundum precedentes in te prophetias
ut milites in illis bonam miliciam. habens fi
dem et bonam conscientiam. quam quidam repellen
tes circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est
hymeneus et alexander. quos tradidi sathane.
ut discant non blasphemare. II
Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrati
ones. postulationes. orationes. gratiarum actiones.
pro omnibus hominibus. pro regibus. et omnibus qui
in sublimitate sunt. ut quietam et tranquil
lam uitam agamus in omni pietate et castita
te. Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore
nostro deo. qui omnes homines uult saluos fi
eri. et ad agnitionem ueritatis uenire. Unus enim deus.
unus et mediator dei et hominum homo christus ihesus. qui dedit
redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testi
monium temporibus suis confirmatum est. in quo po
situs sum ego predicator et apostolus. ueritatem dico
non mentior. doctor gentium in fide et ueritate. Vo
lo ergo uiros orare in omni loco leuantes puras
manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulie
res in habitu ornato cum uerecundia et sobri
etate ornantes se. non in tortis crinibus. aut
auro. aut margaritis. uel ueste preciosa. sed quod
decet mulieres promittentes pietatem per opera bo
na. Mulier in silentio discat. cum omni subiectione.
Docere autem mulieri non permitto. neque dominari
in uirum. sed esse in silentio. Adam enim primus forma
tus est deinde eua. et adam non est seductus.
mulier autem seducta in preuaricatione fuit.
Saluabitur autem per filiorum generationem si perman
serint in fide et dilectione. et sanctificatione cum sobrie
tate. III Fidelis sermo. Si quis episcopatum
desiderat. bonum opus desiderat. Oportet autem
episcopum sine crimine esse. unius uxoris uirum.
sobrium. prudentem. ornatum. pudicum. hospita
lem. doctorem. non uinolentum. non percussorem. sed
modestum. non litigiosum. non cupidum. sue do
mus bene prepositum. filios habentem subditos cum

Ordinato [illegible] ordo